



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

76. An qui habet facultatem edendi carnes, si illas non edat, teneatur
jejunare? Et notatur, quod quartanarii non tenentur jejunare? Ex p. 4. tr. 4.
& Misc. r. 189.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

legis? Poterit negativè respondebis; quia dispensatio est in actu, quem tangebatur lex, & diem illum Dominicam votum non tetigit; imò expressè excipit. Sic nimirum sancit Deus Decalogum; contra eum, neminè concessit auctoritatem præcipiendi; & Superioribus non concessit auctoritatem præcipiendi; & Superioribus (Pontifici, Regi, & reliquis) indulgit auctoritatem præcipiendi, modo nihil contra Decalogum; & subditiis imposuit necessitatem, & obligationem obediendi in omnibus veris præceptis, quæ Decalogo non essent opposita. Cum iubet Rex delicti murum, latius debet obedire; at, si transeat aliquid, qui occidi potest, debet cessare, & desinere lapidem, non solum qui cecidit illum sit occisus; sed etiam illum, de quo dubitatur, an occisus sit; quia, non obstante præcepto delicti parietem, non potest dimittere lapidem, si dubitet, an aliquem occisus sit. Nemo autem dicit, parietem incertum sub muro diruendo præsentiam esse regis legis dispensationem: ipse enim non iussit delicti lapidem cum periculo hominum, sed cautè, & providè. Cum Pontifex iubet servari abstinentiam, non iubet, nec iubere potest, quòd occidendo te, violes legem Dei, & contra quintum Decalogi præceptum procedas; non iubet, nec iubere potest, quòd periculo mortis te exponas; hoc enim ipsum interdicit Deus. Si ex abstinentia sequeretur mors certa, hæc certitudo non dicitur Ecclesiastica legis dispensatio certa; nam dispensatio certa non est necessariò præceptiva, & hic necessariò præcipitur non abstinentia; ergo nec mors dubia.

3. His positis, meam cõthesin eidenter, vt opinor, ostendo, Deus præcepit, vt te non occidas, nec exponas periculo te occidendi; at qui Ecclesia non potest præcipere contra Decalogum; ergo non datur Præceptum Ecclesie, quòd iubeat aliquid fieri cum certa, aut dubia vite humana iactura; ergo non datur Præceptum Ecclesiasticum, quò obstringatur æger, vt carnibus abstineat, cum amissione vite, certa, aut dubia: at qui vbi non datur Præceptum non requiritur dispensatio; ergo imò, cum detur diuina lex inhibens, peccatur, si abstineret; & peccaret, si dispensationem postularet. Peccaret quidem abstinendo, eo modo, quo si sumeret venenum dubium; nam in tali casu abstinentia esse dubiè mortifera supponitur. Peccaretque, si peteret dispensationem; quia illa petitio debet supponere dari Præceptum carnes interdicens, etiam cum iactura vite dubia; quòd quia esset contra Decalogum, sine iniuria Pontificis supponi non potest.] Hucusque Caramuel.

4. Sed, an probabiliter, iudicent alij, vt de Sancio dicit in part. 4. tract. 3. resolut. 56. Vidè omnes exposiciones in 2. d. Thome, q. 147. art. 4. vbi rectè Caietanus docet, Prælatos, ac Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos, remittentes id conscientie subditi petentis; cum potius ad ipsos spectet tunc dispensare, causam dubiam per dispensationem efficiendo iustam. Vide etiam Azorium tom. 1. lib. 7. cap. 29. q. 2. qui citat Nauarrum, Rosellam, & Angelum.

RESOL. LXXV.

An dispensatus in esu carnum censetur dispensatus ad non ieiunandum? Ex p. 1. u. 9. Ref. 25.

§. 1. Hic casus in praxi sæpe potest contingere, & in hac ciuitate Medicus quidam doctissimus ita cum multis in Quadragesima dispensabat. Sed ad questionem respondeo, primam opinionem negare. Ita Iacobus de Grassis in decis. p. 1. lib. 2. cap. 37. n. 58. cum Medina, Petraza, & aliis. Et ratio est; quia ne-

cessitas, & iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, non excusat ab omni parte illius: præceptum enim Ecclesie, licet in totum seruari non possit: in parte, quæ seruari potest, seruandum est, ex cap. cum dilecti, de dolo, & contum. & ibi Gloss. & DD.

2. Secunda opinio affirmat: & illam docet Caietanus in 2. 2. q. 147. art. 8. Hieronymus Llamas in summ. p. 1. cap. 5. §. 26. Ledesma in sum. tom. 2. tract. 17. cap. 2. concl. 5. Ioan. de la Cruz in director. conf. p. 1. præcept. 4. art. 4. dub. 8. concl. 3. Gomez in Bulla Cruc. claus. 7. n. 4. Medina in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 14. §. 10. Henriquez lib. 7. cap. 13. n. 12. Filliucius tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 3. n. 25. Azorius p. 1. lib. 8. cap. 10. q. 3. Toletus lib. 7. cap. 3. n. 4. & alij. Et ratio est; quia abstinentia ab esu carnum est de substantia ieiunij: ergo, qui dispensatus est quoad comestionem carnis, eo ipso dispensatus est in ieiunio.

3. Tertia opinio distinguit: vel enim dispensatus ad esum carnis edit carnes, quia pisces nocere saluti solent; vel vt vires amissas recuperet, quia est quasi actualiter infirmus priori modo dispensatus tenetur ad ieiunandum; aliter verò minimè, & idè pluries edere potest, & ita docent Reginaldus tom. 1. lib. 4. c. 14. n. 168. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 45. Bonacina de legib. disp. 10. q. 1. punct. 2. n. 3. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. §. 5. n. 3. Petrus Cenedo in qq. canon. q. 40. n. 6. & Ortiz in sum. c. 19. n. 20. cum aliis. Omnes istæ tres opiniones sunt probabiles; sed secunda videtur mihi probabilior, & tuta in praxi, vt testatur Villalobos in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 8. n. 9. in fine.

RESOL. LXXVI.

An qui habet facultatem edendi carnes, si illas non edat, teneatur ieiunare. Et docetur, quòd quartanarij excusantur à ieiunio? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 189.

§. 1. Potest hic casus frequenter accidere, & ad illum sic respondet Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 30. n. 2. & 3. quòd si talis habet manifestas vires & salutem ad ieiunandum, sed ad præseruandum se ab aliqua infirmitate edit carnes, tunc si aliqua die ieiunij non comedat carnes, tenetur illa die ieiunare, quia hos nulla alia ratione excusamus à ieiunio, nisi quia abstinentia à carnibus est conditio essentialis ieiunij, & illa non seruata, non potest seruari ieiunium. Ergo si seruant illam conditionem cum possint reliquas seruare tenentur. Verùm si talis haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis & infirmitatis præsentis, licet aliqua die illam non comedat, non tenetur ieiunare, licet illorum saluti conduceret illam non comedere eo die & ieiunare. Ita Sanchez ex doctis recentioribus, qui etiam dub. 14. n. 2. cum dictis iunioribus docuerat, quòd quando infirmitas est talis, quæ communiter solet excusare à ieiunio, licet valetudini illius infirmi conduceret ieiunare, & oppositum noceret, non tenetur infirmus tunc ieiunare ex præcepto Ecclesie, sed tenebitur ex præcepto abstinentie, cuius fractio communiter est venialis, quia Ecclesia absolute voluit omnes infirmos excusare, quia ieiunium eis vltimum nocet; quòd autem huic non nocet, est per accidens, & Ecclesia tantùm respicit id, quòd communiter solet euenire. Vnde ex his ego olim ante Sanchez editum non damnaui quartanarium peccasse mortaliter, quia non ieiunauit aliquibus diebus, licet eius valetudini tunc conduceret ieiunare, quia quartanarij excusantur à ieiunio, vt ipse Sanchez loco cit. n. 3. notat. Igitur talis quartanarius tunc non ieiunando peccauit quidem venialiter contra præceptum abstinentie, non autem mortaliter contra præceptum Ecclesie.

X RESOL.

doctr. s. vlt. a medio quamvis in aliquo distimiles, & pro curiosa q. an tom. 3. r. 6. Ref. 98. §. 2. ad lit. 12. verb. en. el dispensado.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ not.

N
A
E
n
i
a
L
I
V
V
I
I